1236. Ex Arch: Capitt Vladislavien.

239.

82

Super praepositurum circa Gedanum ad quercum Sancti Adalberti per Swentopel cum ducem Pomeraniae libertas conceditur.

Ego Swentopelcus DEI gratia dux Pomeraniae. Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, salutem in Do qui salvat sperantes in se. Labi pro tempore quidquid in secula disponi in viva voce, vel sigillarii apicibus confirmetur: quoniam genus humanum à prima sua generatione adeo apertum est vitio, avaritiae inhiare, ut in discutiendis causis secularibus obcaecatum, muneribus discernere rei veritatem inter iustum nesciat et iniustum. Quapropter ad notitiam singulorum volumus pervenire, quod nos religiosorum nostrorum venerabilis abbatis Paulini et fratrum ipsius de Suslin iustis petitionibus ob spem aeternae beatitudinis assurgentes villis ipsorum, scilicet ecclesiae Sancti Adalberti ad quercum Pelassow Tramphi Cosmininno, et curiae ipsorum in civitate Gedanensi et ecclesiae ipsorum in Slocia cum omnibus appendiciis suis

talem concedimus libertatem, ut si causa contigerit aliqua inter homines eorum sive duodecim marcarum sive sex marcarum, vel infra coram iudice ab ipsis dominis statuto iudicetur, et ad eorum integraliter reddatur usum. Homicidia verò nec non armorum ictus, causas, que solius castri in Gdansk edificande subortas, nostro iudicio reservan cum eis per medium partiemur. Furta tamen castrorum, et naufragia, et rixas, in expeditione nostra et in captiva falconum contingen plenarie volumus nostre curie presentari.

Shedzie Quod si causa inter hominem illorum et nostrum militis nostri fuerit coram nobis, iusto iudicio ventiletur. Si verò homo ipsorum in causa ceciderit, pars illius redditus dimidia nobis reddet. Si autem homo ipsorum actor cause fuerit, et cum in culpa succubuerit, ipsis tertia pars redditus reddet. Castellanus namque cum de his non se intermittat, nec de causa nostra, quid velimus dare, nullum etiam querant conductum propter captivum nostrum et falconem et ferinam recentem et pisces recentes. Praeterea ad generalem

ad generalem terre nostre defensionem cum hominibus nostris, sub nostro vexillo se presentare debebunt. Confirmamus autem eisdem de tabernis, que sunt in civitate Danczik, vel scotos denariorum accipiendos, singulis hebdomadibus per annum, et unum scipionem de mensa nostra annuatim, et clausuras omnes que fieri possunt in flumine Cacza, de quibus eisdem solverint annuatim tres salmones sive tres denarii de nova moneta. Absolvimus etiam dictos dominos sive nuntios eorum ab omni theloneo et ab omni exactione ad nos transeunt, et ad propria redeunt, sive per aquam sive per terram in omnibus nostris castellaturis. Igitur cum processus temporis soleat nomenque gesta fidelium novis casibus immutare, presentem paginam et per nos concessa libertatis perpetuum robur obtineat, nostri sigilli munimine roborandum. Acta autem sunt haec anno domini millesimô ducentesimo trigesimô sextô consentientibus fratribus meis, duce Samborio, duce Ratiborio, coram histe

testibus. Wistauo filio meo, Konrado, Iaxidco, Alberto et fratribus eius de Alna, Grevomiro palatino, Wencestao subcamerario, Bartholomeo pincerna, Podsado iudice, Sdenco thesaurario, Martino subpincerna, Cunesto subcamerario, Iohanne castellano de Stupcz. Quisquis igitur irritam fecerit donationem nostram, anathemati vinculo se sciat innodatum, et adeo se perpetuo cognoscat damnandum. Ego Trescelinus sacerdos et cancellarius in Gebboth hanc scripsi confirmationem.